



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Res secundæ pariunt insolentiam, quæ pugnat cum Modestia seu
ταπ[...]
νωφροσυν[...].

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

in Paradiso sancita, ut sit duarum tantum personarum indissolubilis coniunctio. Erunt duo in carnem unam. Hanc legem Christus Matth. 10. Et Paulus 1. Corinth. 7. repetit. Excusatur autem Abraham, eo quod facta sit ipsi promissio Seminis, quod ex uxore sterili & effecta expectare non potuerit. Ideo de sententia & uoluntate uxoris, concubinae consuetudine usum esse, praesertim cum Polygamiamos politicus illarum gentium esset, & pro peccato non haberetur: sicut nunc in Germania Ebrietas ferè in morem politicum abiit, ut non modo pro peccato non habeatur, sed etiam laude ducatur. Fuit etiam usitatum in illis gentibus, ut uxores steriles, Maritis adiungerent ancillas suas, ex quibus Dominis liberi & heredes nascerentur. Sic Plutarchus narrat Stratonice Regis Deiotari uxorem sterilem, Clam iniuxisse marito ancillam Electram, ex qua heredem Regni suscepit. Potest autem ad hunc locum tota doctrina de Coniugio supra Capite Secundo recitata, transferri.

II.

RES SECVNDÆ
pariunt insolentiam.

Sicut Agar propter donum foecunditatis effert se supra dominam, eamq; superbe contemnit: Sic
 X 4 omnes

omnes homines natura superbi sumus, & pro
 quacumque dona Dei beneficio nobiscum com
 nicata efferimus nos supra alios, & præcipue in
 bus secundis excusso timore Dei mirificè insolent
 mus, ut grauiſimè inquit Xenophon πρὸς ἑσθ. 2.
 ficilius est inuenire hominem, qui res secundas
 ferat, quàm qui aduersas. Ille enim insolentiam
 omnibus, Ha uerò modestiam in plurimis effici
 Muniamus autem nos contra hanc insolentiam
 re & exercitio modestiæ seu ταπεινοφροσύνης
 quæ frenat nos, ne in opinione de nobis, & sermo
 & in actionibus supra nostras uires nos efferamus
 nec despiciamus alios, sed in timore Dei & fide
 ligenter nostræ uocationis officia faciamus.

III.

MISERIE OECONOMI
 cae sunt exercitia patientiæ, fidei, &
 uocationis, & aliarum uirtu
 tutum.

Tres sunt cause propter quas uult Deus
 nes in œconomica & politica societate uiuere.

1. Vt ipsi obediant.
2. Vt ipse in cœtu innotescat, & inuocatio
 confessio in hac societate luceat.
3. Vt exercent fidem, dilectionem, misericordiam, &
 patientiam.